



Boletín Oficial

DEL
Obispado de Osma

Año LVI. 10 DE FEBRERO DE 1915. Núm. 2º

SUMARIO: Provisión de Curatos.—Secretaría de Cámara: Funciones de Desagravios y Predicadores cuaresmales.—Nuevos Sindicatos agrícolas.—Alocución de nuestro Santísimo Padre Benedicto XV en el Consistorio del 22 de enero.—Sagrada Congregación del Concilio: La Misa *pro populo*.—Sagrada Congregación de Ritos: La Oración imperada.—Conferencias Eclesiásticas: Cuestionarios.—Movimiento del Personal.—Por la Agencia católica de Información.

PROVISIÓN DE CURATOS

Excmo. Señor:

S. M. el Rey (q. D. g.) se ha dignado prestar su soberana aprobación a las quintas y últimas propuestas elevadas por V. E. para la provisión de los curatos vacantes en esa Diócesis que tan dignamente gobierna, y nombrar a los Sacerdotes que ocupan el primer lugar de las ternas, en la forma siguiente:

Curatos de Ascenso.

Para el de San Pedro de Almenar, a D. Juan José de Pablo Romero.

» la Asunción de Baños de Valdearados, a don Leandro Almajano Borobio.

Curatos de Entrada.

Para el de San Estebán de Canicosa, a D. Francisco Monzón Esteban.

- la Asunción de Herreros, a D. Ulpiano Vera y Vera.
- la Asunción de Quemada, a D. Cesáreo Martín de Valmaseda.
- San Juan Bautista de Torralba y su anejo Valdealbillo, a D. Emilio Esteban Quintana.
- la Asunción de Vildé, a D. Gaspar López Herrero.
- la Concepción de Tardelcuende y su anejo Osonilla, a D. Isaac López Mallo.
- la Concepción de Fuencaliente, a D. Víctor Poza Arranz.
- la Natividad de Nuestra Señora de Herrera, a D. José Soria Medrano.
- San Juan Bautista de Matanza, a D. Francisco de P. Val Rubio.
- la Asunción de la Sequera, a D. Anacleto Calvo Martín.

Curato Rural.

Para el de S. Nicolás de Bari de Sinobas, a D. Justo B. Pascual González.

De Real orden lo digo a V. E. para su conocimiento y satisfacción de los interesados, a quienes se expedirán por este Ministerio las correspondientes Reales Cédulas.

Dios guarde a V. E. muchos años.

Madrid, 2 de febrero de 1915.

MANUEL DE BURGOS Y MAZO.

Excmo. Sr. Obispo de Osma.

Nuestro Excmo. Sr. Obispo se ha dignado nombrar a D. Galdino González Bombín para el curato de entrada de Fuentearmegil y su anejo Santervás, cuya provisión corresponde a la Mitra.

Secretaría de Cámara y Gobierno

FUNCIONES DE DESAGRAVIOS

Nuestro Excmo. e Ilmo. Sr. Obispo desea vivamente que en los días del Carnaval se hagan funciones de desagravios a Dios nuestro Señor y se promuevan comuniones generales, y autoriza a los Sres. Curas Párrocos y demás Sacerdotes encargados de iglesias para que puedan exponer el Santísimo Sacramento los tres días o alguno de ellos.

Burgo de Osma, 10 de febrero de 1915.

Lic. José A. Castro Valcarce,
Secretario.

PREDICADORES CUARESMALES

En cumplimiento de las disposiciones del *Motu proprio* de Su Santidad *Sacrorum Antistitum*, ha venido en ordenar nuestro Excmo. e Ilmo. Sr. Obispo que todos los Sres Sacerdotes encargados de predicar los sermones de Cuaresma en esta Diócesis, tanto del clero secular como de alguna orden o congregación religiosa, comparezca en este Palacio Episcopal antes del Miércoles de Ceniza, para hacer el juramento contra el Modernismo.

Si alguno, por causa legítima, no pudiere venir a esta villa, deberá acudir a su Excia. Ilma. y Rvdma. por medio de solicitud, a fin de que se le autorice para emitir el juramento en presencia de un delegado.

Burgo de Osma, 10 de febrero de 1915.

Lic. José A. Castro Valcarce.
Secretario.

NUEVOS SINDICATOS AGRÍCOLAS

Con la aprobación y bendición del Excmo e Ilmo. Sr. Obispo se han fundado los Sindicatos siguientes:

Villaciervos de Abajo y Villaciervos de Arriba.—Consiliario: D. Pablo Rubio.—Presidente: D. Pedro Lagunas.—Secretario: D. Antolín Isla.

Fuentecén.—Consiliario: D. Feliciano Pérez.—Presidente, D. Fructuoso Andrés Pintado.—Secretario: D. Amós Martínez.

ALLOCUTIO S. D. N. BENEDICTI PP. XV

IN CONSISTORIO DIEI XXII JANUARII

VENERABILES FRATRES

Convocare vos hodierno die visum est Nobis ob eam causam, ut de supplendo Episcoporum ordine sollemniter coram vobis ageremus. Complures enim ex orbe catholico ecclesiae sunt proximo tempore suis viduatae pastoribus; in iis autem non nullae reperiuntur, quibus, pro ipsarum dignitate, in hoc amplissimo coetu consulere aequum putamus.

Antea vero, con frequentes vos hic adesse conspiciamus, Venerabiles Fratres, qui propter singularem quam habetis Nobiscum coniunctionem, omnium cogitationum curarumque Nostrarum estis iure, participes temperare Nobis non possumus, quin de illa aegritudine animi, qua Nos opprimi intelligitis, aliquid aliud in animos vestros effundamus. Scilicet menses continuantur mensibus, necdum spes ulla ostenditur fore, ut calamitosissima haec dimicatio, vel potius trucidatio brevi conquiescat. Cuius tanti mali si non, ut vellemus, properare finem possumus, ut innam Nobis liceat dolores, qui ex eo consequuntur, mitigare. Evidem

ad eam rem hucusque, quantum erat in Nobis, laboravimus; item quoad res postulaverit, laborare non desistemus.

Hoc amplius conari in praesens officii Nostri conscientia prohibemur. Romani quidem Pontificis, ut qui constitutus a Deo sit summus legis aeternae interpres et vindex, maxime est edicere nemini unquam ulla ex causa fas esse violare iustitiam; id quod Nos avertisse edicimus, quaslibet iuris violationes, ubicumque demum factae sint, magnopere reprobantes. At vero ipsis bellantium contentionibus pontificiam misere auctoritatem hoc sane neque conveniens foret, nec utile. Profecto quisquis est prudens rerum aestimator, videt Apostolicam Sedem in hoc certamine, quamvis sine maxima cura esse non possit, tamen nullius partis esse debere: cum Pontifex romanus, ut vicem quidem gerens Iesu Christi, qui pro universis et singulis hominibus mortuus est, omnes quotquot dimicant, debeat sua caritate complecti; ut Parentes autem catholici nominis, utrobique filios habeat frequentissimos, de quorum omnium salute aequa debet esse sollicitus. Non igitur in eis respiciat oportet rationes ipsorum proprias, quibus inter se dividuntur, sed commune vinculum Fidei, que copulantur. Si secus faciat, non modo causam pacis nihil adiuvet, sed etiam quaesita in Religionem invidia, ipsam domesticam Ecclesiae tranquillitatem et concordiam magnis perturbationibus obiiciat.

Verum, neutris addicti partibus, utrasque tamen, ut diximus, habemus Nobis curae; atque horrificos hu-
ius belli motus summa sollicitudine atque anxietate
prosequimur, praesertim cum timendum sit, ne forte
vis inferendae impetus omnem quandoque modum
excedat. Utique natura fit, ut ubicumque filiorum in
communem Ecclesiae Parentem pietas fuerit explora-
tior, illic studiosior quodammodo eius mens animus-
que versetur: cuius rei, quod, exempli causa, ad dilec-

tam Belgarum gentem attinet, argumento sunt eae quoque litterae, quas haud ita pridem ad Cardinalem Archiepiscopum Mechliniensem dedimus.

Liceat hoc loco eorum, qui in alienos fines pugnando transierint, obtestari humanitatem, ne iis regionibus plus vastationis inferatur, quam ad easdem occupandas necesse sit; neve, quod maius est, incolarum animi in iis quae habent carissima, ut aedes sacras, ut sacrorum administros, ut iura religionis et Fidei, gratuito vulnerentur. Iis vero, quorum terras hostis occuparit, facile existimamus, quam durum sit externis esse subiectos. Sed caveant velimus, ne, praे libertatis recuperandæ studio, gubernationem præsertim ordinis publici impediendo, suam conditionem faciant multo deteriorem.

Ceterum, Venerabiles Fratres, tantarum premente mole miseriарum, non succundendum est animo; sed, quo rerum obscurior videtur exitus, eo vel maiore *adeamus cum fiducia ad thronum gratiae ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno* (HEBR., 4, 16). Insistendum nimirum, uti iam diximus, humilibus ad Deum precibus, qui sicut humanarum rerum est dominator et arbiter, sic voluntates hominum deducere, unde velit, et quo velit, impellere unus invicta virtute potest. Neque enim sine nutu permis-
suque divino pax dicenda est tamquam evolasse ex orbe terrarum; scilicet, ut gentes humanae, quae suas omnes curas defixissent in terras, oblivionem neglectumque Dei mutuis caedibus inter se vindicarent.— Accedunt identidem alia rerum evenia, quae homines cogant «humiliari sub potente manu Dei» (I. PETR., 5. 6); cuius generis id quod proximis diebus evenit, sci-
mus omnes quam horrendum fuerit et quam luctuosum.

Jam vero, quoniam deprecatio communis acceptior Deo est ac fructuosior, bonos, quotquot sunt, exhortamur, ne desinant quidem apud se quisque divinam

implorare clementiam, sed potissimum id faciant, publicas in sacris aedibus preces frequentando. Nos autem propterea ut uno eodemque tempore quam maximus concentus comprecantum exsistat, duas, ut nostis, sollemnes supplicationes indiximus, unam Europae catholicae in diem septimum mensis proximi, alteram catholico orbi reliquo in diem vicesimum primum mensis martii. Primae supplicationi Nosmet ipsi ad Sancti Petri in Vaticano interesse constituimus; nec dubitamus quin vos ibidem Venerabiles Fratres, Nobiscum adfuturi sitis.

Faveat communibus Ecclesiae votis, adiutrix christianorum Sanctissima Deipara, et sui patrocinii suffragia impetret a Filio, ut, mentibus ad veritatis lumen, animis ad iustitiae cultum revocatis, pax Christi revisat orbem terrarum, atque constanter posthac cum hominibus permaneat.

S. CONGREGATIO CONCILII

PAPIEN.

CIRCA MISSAM PRO POPULO

DUBIA

Ordinarius Papiensis hac dubia de Missa pro populo applicanda, ad sacram Congregationem Concilii pro opportuna solutione detulit, nimirum:

I. Utrum, post immutationes definitive nuper in festorum quorumdam celebratione inductas, obligatis pro parochis adhuc maneat applicandi missam pro populo sequentibus diebus: die 19 martii in festo S. Josephi, feria IV ante dominicam tertiam post Pascha in festo Patrocinii eiusdem S. Josephi, feria quinta post dominicam primam post Pentecosten] in festo Ssm Corporis Christi, et die 24 junii in festo S. Joannis Baptistae?

II. Utrum, quum in dioecesi Papiensi festum S. Bartholomaei Ap., ob perpetuum impedimentum ex festo Dedicationis ecclesiae cathedralis die 24 augusti occurrente, perpetuo, tamquam in sedem propiam, in posteram diem 25 augusti fuerit translatum, missa pro populo hac ipsa die applicari debeat, an potius die 24 augusti?

III. Utrum, attento quod in Papiensi dioecesi, diebus festis suppressis, missa pro populo celebranda, ex apostolico indulto, ad mentem episcopi applicatur, tolerari possit quod parochi, non ipsa die qua tenerentur, neque per se, sed per alium sacerdotem, missam ut praefertur applicandam celebrent?

Et sacra eadem Congregatio, die 16 decembris 1914, ad proposita dubia rescripsit:

Ad I. Affirmative, excepta feria IV ante dominicam tertiam post Pascha, qua festum Patrocinii S. Iosephi celebratur.

Ad II. Missam pro populo, in casu, celebrandam esse die 25 augusti.

Ad III. Affirmative.

O. GIORGI, *Secretarius.*

SACRA RITUM CONGREGATIO

DE COLLECTA PRO RE GRAVI IMPERATA

DUBIA

Sacrae Ritum Congregationi sequentia dubia, pro opportuna solutione, nuper proposita sunt; nimirum:

Ex decreto S. R. C., n. 3365, *Clodian.* 7 augusti 2875, ad III, episcopus potest praecipere, ut collecta *pro re gravi*, si revera sit *pro re gravi*, dicatur etiam in duplicibus primae classis, quaeritur:

I. Quando episcopus praescribit collectam *pro re*

gravi etiam in duplicibus primae classis, collecta di-
cendane erit in omnibus et singulis duplicibus primae
classis?

II. Si episcopus collectam *pro re gravi* simpliciter
praecipiat absque ulla mentione duplichum primae
classis, quibus diebus collecta omittenda erit?

Et sacra eadem Congregatio, auditio specialis Com-
missionis suffragio, re sedulo perpensa propositis
quaestionibus ita respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, exceptis sequentibus diebus;
nempe: Nativitas Domini—Sanctum—Epiphania Do-
mini—Feria V in Coena Domini—Sabbatum Sanctum
—Pascha Resurrectionis—Ascensio Domini—Pente-
costes—Festum Ssmae. Trinitatis et Festum Ssmi.
Corporis Christi.

Ad II. In omnibus duplicibus primae classis, in
vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, et in Domi-
nica Palmarum.

Atque ita rescripsit ac servari mandavit, die 23
decembris 1914.—SCIPIO CARD. TECCHI, *Pro-Praefectus*.
—L. ✠ S.—† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Se-
cretarius*.

COLLATIONES ECCLESIASTICAE

1915

AGENDA IN COLLATIONE I DIE 8 MENSIS APRILIS

Quaestio Moralis.

Quae sunt causae a restitutione excusantes. An ab-
solvi possit qui restitutionem ad aliud tempus absque
necessitate remittit.

Casus.

Albertus dominis variis varia intulit damna tempo-
re diverso: uni enim 30 surripuit asses; alteri 20 scuta;
tertio quoque quinque, octo et aliquando amplius
asses. Cum autem de his fuisset confessus et a con-

fessario ad restitutionem obligatus, respondit se non posse sine aequalibus et forte majoribus expensis restitutionem peragere; deficere ipsi insuper media ad compensationem faciendam; se nescire nomina omnium nec locum certum habitationis, neque demum si adhuc vivant; habeantne haeredes nec quinam ac quot sint. Quaeritur: An in allatis casibus excusari possit Albertus a restitutione erga dominos laesos.

Quaestio Liturgica.

Utrum subsistat lex qua prohibetur quominus die Paschatis, in ecclesiis non parochialibus, devotionis etiam causa, SS. Eucharistiae Sacramentum fidelibus administretur.

IN COLLATIONE II DIE 22 MENSIS APRILIS

Quaestio Moralis.

An debitor teneatur restituere si versetur in eadem necessitate ac creditor.—An qui debiti immemor aliquid gratuito creditori suo donavit a solutione libereretur. Demum an quis in dubio vel probabilitate solutionis.

Casus.

Anastasius, multis gravatur debitibus propter calamitatem temporis, nihil aliud habebat praeter parvam pecuniae fortunam vel exiguum sibi et familiae sustentandae necessarium, praecipue filium quemdam mente captum. Ad meliorem postea statim fortunae veniens, plura debita solvere recussat, alia quia non est certus quod ipse ea contraxerit, alia vero quia probabiliter ipse vel ejus pater jamjam satisfecit. Quaeritur; an in primo casu Anastasius a restitutione excusandus. An etiam excusetur in dubio de debito contracto vel in dubio de solutione sive a se sive ab alio peracta.

Quaestio Liturgica.

Cujusnam coloris debeat esse conopeum in altari

in quo asservatur SS. Sacramentum, si inibi cantetur
Missa de *Requiem*.

IN COLLATIONE III DIE 6 MENSIS MAII

Quaestio Moralis.

An gravatus debitis valide ac licite possit religio-
nem ingredi et profiteri. Utrum ingressus semel reipsa
a debitis solvendis excusari possit.

Casus.

Baronius miser mercator, cum in statum valde mi-
serum ac pauperrimum ob varias contrarietates ac
infortunia decidisset, ita ut multa debita contraxisset,
quibus solvendis omnino impar evaserit, statuit in tali
angustia ^{mundo} et creditoribus improbis valedicere at-
que religiosam paupertatem, omnibus divitiis pretio-
siorem apud quamdam religionem strictiorem amplec-
tere, et sic per preces debita compensare. Quaeritur:
Quid de Baronio dicendum. Si quid lucretur in reli-
gione, an possit ac debeat debitis solvendis applicare.
Si legatum ipsi obveniat, an possit ac debeat ex illo
debitis satisfacere.

Quaestio Liturgica.

Indigetne consecratione altare, sive fixum sive
portatile, si reliquias amisserit.

IN COLLATIONE IV DIE 20 MENSIS MAII

Quaestio Moralis.

An homicidae etiam restituere teneantur et quo-
modo ac quibus. Quid Jus hispanum circa hoc.

Casus.

Benignus occidit Petrum qui familiam luxu et potu
depauperabat, verum a confessario jubetur ut aliquam
pecuniae summam compensationis titulo familiae tri-
buat. Renuit ille, quia mors Petri non in familiae no-
cumentum sed potius in ejus beneficium vertit. Instat
confessarius et parere nollenti absque absolutione di-

mittit. Insuper, injuria quadam ab inimico accepta, eum in singulare certamen provocat, et hic infeliciter decertans in conflictu ab illo occiditur, uxore, filiis ac matre inopia pressis relictis. Quaeritur: An in primo casu Benignus ad aliquod teneatur erga familiam Petri et utrum confesarius bene sesè gesserit compensationem injungens et absolutionem denegans. An in secundo Benignus debeat resarcire damna familie Petri ex hujus morte in duello obvenientia vel secuta.

Quaestio Liturgica.

Utrum bene se gerat sacerdos qui renuit sacram Communionem distribuere ante vel post Missam.— Utrum sacram Communionem distribuere possit sacerdos celebrans in paramentis nigris tam in Missa quam ante vel post, et utrum in his casibus benedictio impertienda sit.

IN COLLATIONE V DIE 10 MENSIS JUNII

Quaestio Moralis.

Tributa quid sunt et eorum divisio. Leges circa tributa. Suntne mere paenales. An semper urgenda sub paena peccati vel denegandae absolutionis obligatio tum solvendi vectigalia tum restituendi defraudata.

Casus.

Caesareus confessiones excipiens sedulo poenitentes interrogat utrum aliquid defraudaverint in solvendis tributis; utrum praepositos devitaverint, vel etiam an omisserint merces transvectas ultro praepositis manifestare, fatentes autem obligat ad restitucionem integrum sub absolutionis denegatione. Alter vero sacerdos de proposito numquam poenitentes circa tributa interrogat, interrogantibus de liceitate defraudationis respondet non videri quidem illicitam, saltem post factum non esse restituendum, imo nec damnare audet praepositos negligentes in officio adimplendo

nec ipsorum corruptores. Quaeritur: An detur stricta obligatio in conscientia solvendi vectigalia.. An et quomodo peccent praepositi defraudationem permittentest et an restituere debeant. Quid de confessariis.

Quaestio Liturgica.

Ordo caeremoniarum quae adhibenda sunt in administratione Ssmae. Eucharistiae extra Missam.

IN COLLATIONE VI DIE 24 MENSIS JUNII.

Quaestio Moralis.

An peccent et ad restitutionem teneantur importantes merces prohibitas. An etiam contra justitiam peccent qui valorem praedium vel haereditatis imminuunt ne multum pretium fisco solvere cogantur.

Casus.

Cyrillus vendidit Julio praedium quoddam pro valore 30 francorum millium, sed volentes imminuere gravissimum tributum venditioni immobilium a Gabinio impossitum, conveniunt de pretio 20 tantum francorum millium in publico instrumento seu scriptura declarando. Res bene succedit, nam notarius, qui aliunde praedii valorem noverat, reipsa infimum illum valorem in documento ab ipso confecto inserit, et tributum minimum solvunt. Quaeritur: An Julius in hoc casu restituere teneatur. An Notarius qui fraudem novit et contractum scribit debeat restituere, et quid si Notarius ipse ita contrahentibus suasisset.

Quaestio Liturgica.

Caeremoniae expositionis Ssmi. Sacramenti.--Utrum sacerdos induere debeat stolam supra superpelliceum, et cuius coloris.

IN COLLATIONE VII DIE 1.^a MENSIS JULII

Quaestio Moralis.

Utrum violatio legis militiae in conscientia obliget ad restitutionem erga injuste ad servitium militare obligatos inscribi.

Casus.

Daniel sorte legitime designatur ad militiam, digitum indicem dexterum sibi amputat, et sic legi militiae se subtrahit. Elapso anno, confitetur, sed absque absolutione dimittitur, donec ei, qui ejus loco profectus est, restituerit. Alias medicum Simonem pecunia corrumpit, atque ab eo testimonium infirmitatis obtinet et si benevaleat, sicque a militia eximitur. Quaeritur: An Daniel in primo casu contra justitiam commutativam vel legalem peccaverit, quid si ante sortem ipsam sibi digitum amputasset. Quid in secundo casu dicendum de Daniele et Simone. An Simon medicus pecuniam acceptam retinere valeat vel restituere debeat.

Quaestio Liturgica.

Utrum pro expositione Ssmi. Sacramenti liceat adhibere ostensorium in quo sacra Forma tangat vitrum immediate.—Utrum luneola possit esse cujuscumque aeris, et necessario deaurata.

IN COLLATIONE VIII DIE 15 JULII

Quaestio Moralis.

Contractus et ejus divisio. Quid in omni contractu distinguendum. Quae requisita ad valide contrahendum. Materia contractus; quae et quibus conditionibus gaudere debet.

Casus.

Dimas in quadam perturbatione politica a militibus injuste requisitus rogat Paulum ut in ejus domo adscondat, promittens ei, si annuat, quamdam pecuniae quantitatem, qua accepta Dimam adscondit et a periculo liberat. Aliunde, cum esset conductus a Titio, ut quoddam negotium ad locum dissitum ferat, convenit cum Lucio de mandatarii munere fungendo hinc hoc eodem loco, ad quod ultiro se offert, pactum cum eo ineundo de recipiendo eodem pretio quod jam a

Titio acceperat, quin tamen hoc Lucio manifestaret. Quaeritur: An Dimas pecuniam a Paulo accipere vel retinere valeat. An pretium integrum a Lucio accipere potuerit vel restituere teneatur.

Quaestio Liturgica.

Utrum sub ostensorio in quo exponitur Ssmum. Sacramentum corporalia explicari debeant.—Quot cerei accendendi sunt in expositione solemni Ssmae. Eucharistiae et quot in privata.

IN COLLATIONE IX DIE 5 AUGUSTI

Quaestio Moralis.

An valeat contractus si materia ejus ex parte tantum possibilis sit. An res spiritualis mere possit esse objectum contractus sive gratuiti sive onerosi. An semper restituenda sit res ex turpi contractu accepta.

Casus.

Eladius puellam juvenem ad peccatum induxit sub conditione quod eam in matrimonium sit ducturus si votis annuit. Verum, criminè patrato. stare promissis recussat, quia, ait, nulla proles ex tali pravo consortio concepta est, at proinde nullum quoque damnum reparandum. Alias ipse aliam juvenem ad peccandum sollicitavit, eo pacto ut aliquam pecuniae summam esset ipsi traditurus, sed peccato commisso, falax homo miseram feminam absque remunerazione dimisit. Cum autem hoc confessario aperuisset, ab eo ad pecuniam sub gravi solvendam adigitur. Quaeritur: An Eladius ad matrimonium cum puella ineundum teneatur. An graviter peccaverit pecuniam promissam non tradendo, et an semel pecunia tradita ab illa servari tuto potuisset.

Quaestio Liturgica.

Quot ductibus et ictibus fiat incensatio Ssmi. Sacmenti.—Quoties incensum a navicula in thuribulo deferri debeat pro unaquaque incensatione.

MOVIMIENTO DEL PERSONAL

Necrología.—El día 2 del corriente falleció en la villa de San Esteban de Gormaz, a la edad de 65 años, después de recibir los Santos Sacramentos, D. Pedro Hernando Puente, Párroco de Recuerda. Pertenecía a la Hermandad Diocesana de Sufragios del Clero.

Nuestro Excmo. y Rvdmo. Sr. Obispó concede cincuenta días de indulgencia por cada obra de piedad o misericordia que se haga en sufragio del finado.

POR LA AGENCIA CATÓLICA DE INFORMACIÓN

SUBCOMISIÓN DE ZARAGOZA

Conforme a las bases establecidas por la constitución del capital permanente, en el sorteo de obligaciones correspondiente a Enero de 1914, quedaron amortizados los siguientes:

De la serie A

Los números 322—388—399—797—958—2143—2463
—2573—3160—3229—3697—3744—4170—5511—5525
—6142—7828—8231—7240—8542—9412—10417—11014
—11018—11144.

De la serie B

Los números 125—148—525—593—651—795—897—
1427—1439—2045—2146—2146—2147—2138—2343—
4025.

De la serie C

Los números 279—314—323—881—1010—1012—
—1014—1810—2566—2674—3207—3296—3584—3625—
3660—3933—4051—4705—5287—5523.